




DEI GRATIA
JACOBUS,
In Livonia, Curlandiæ & Semgalliæ
Dux, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.




NTER alias suavissimas & consolationis vividæ refertissimas *verbi caelestis, Prophetarum & Apostolorum* appellationes, quibus Filius DEI, fons vitæ & salutis æternæ, mortem piorum in CHRISTO decedentium describit, quæque in ipso vitæ discrimine ingens afferre solent solatium, præcipua esse videtur, quando S. Johannes in Apocalypsi. inquit: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, & JESUM CHRISTUM, victorem mortis & vitæ æternæ autorem & datorem unicum, vera fide tanquam medio & viâ ad eundem consequendam & gloriam æternam, qui non in hac vita mortali ad DEUM per fidem CHRISTI conversus, & propter meritum ejusdem efficacissimum, impetrata peccatorum remissione, ex gratuita DEI Patris misericordia, ad vitam illam immortalem acceptatus fuerit; certè omnes, qui in vera & constante Filij DEI, Domini nostri JESU CHRISTI fide & invocatione, ad extremum usque vitæ suæ Spiritum, firmi persistunt, vitæ ac caelestis lætitiæ, cum DEO, beatis Angelis & electis omnibus hæredes fiunt in æternum, cum inenarrabili gaudio, & jucunditate, gloria & felicitate, quam oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis descendit.* Ejusmodi mortem verè salutarem obiit nudius-quartus, Vir Prudentissimus, Dn. CHRISTIANUS Babsi / Edilis hujus Reipublicæ Spectatissimus, qui ut erat veræ religionis amans; ita pietatis hujus suæ in DEUM plurimis iisq; insignibus omni vitæ tempore contestatus fuit documentis, stantibusq; verè & firmiter, mortem piorum, non esse mortem æternam sed vitam atq; requiem, omnium miseriarum finem atq; translationem ex hac vita in æternam. Natum eum fuisse accepimus Misena, in ipso festo Epiphaniarum, anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo octavo, Patre Dn. PAULO Babsi / Viro tum temporis consulari, & Matre OTTILIA, Dn. CHRISTOPHORI Pflugers / quondam ejusdem Misnensis Reipublicæ Consul honoratissimi filia. A quibus Parentibus suis dilectissimis piè denatus ab ineunte ætate ad studia & exercitia pietatis & religionis Christianæ, literarum & artium, quibus ad humanitatem informari solet studiosa juvenus, sedulo & diligenter adhibitus fuit, primò quidem in Schola illius loci oppidana; deinde in ludo illustri, ubi vera jecit fundamenta, omnibusq; pietatis & humanitatis cognitione animum discendi cupidum complevit. Cum verò parens illius, ob praxin Politicam, cui deditus erat, aliosque labores quàm plurimos, qui singulis ferè momentis iis, qui in administranda aliqua Republica occupati sunt, occurrunt, institutioni hujus filij privata, sine qua publica difficulter & non raro infeliciter procedit, minus vacare ipse potuerit, commisit eum curæ & inspectioni Viri Reverendi, Dn. MICHAELIS Babsi germani sui, & tum temporis in Mohorn propè Fribergam Pastoris, dato & adjuncto Præceptore pio & docto, cujus institutione privata ad præviam directionem Dn. Patru cum aliis ingenuis adolescentibus regeretur. Factum id fuit per quadriennium, & laudabiliores præceteris fecit progressiones in studiis pietatis, literarum & artium *κακαρίτης*, tandemq; anno supra millesimum, quingentesimum, octogesimo quinto in Academiam Vitebergensem concessit, & ibi etiam quadriennium sub disciplina & institutione præcipuorum virorum in studiis transegit. Ex Vitebergensi Academia suavis & consilio parentis commigravit in Lipsiensem, & hinc quoque ad annos aliquot substicit, & præcipuè nobilissimam juris artem ex ore publicorum Professorum perceptam diligenter excoluit. Cum verò animadverteret, theoriam Juris sine praxi manuum & impensam esse. Dresdam, ubi tum temporis parens illius Secretarium Electoralem in causis Feuda concernentibus agebat, adiit & ibi ex consilio dicti parentis sui praxin Juris feliciter exorsus est. Postquam verò factum, ut à *οικονομίας* hujus urbis amplissimo, anno supra millesimum, quingentesimum nonagesimo secundo, parens *κακαρίτης* ad Syndicatum hujus Reipublicæ evocaretur, reversus & ipse fuit in Academiam ad continuandam studiorum suorum praxin, cujus gratia etiam paulo post, honesta aliqua oblata conditione, extra ditionem Saxonicam se contulisset, nisi voluntate parentum ob longinquitatem & difficultatem itineris, aliasque causas, à cæpto proposito revocatus fuisset. Interea ad officium *Notariatus* in judicio oppidano, singulari gratia ac voluntate Senatus prudentissimi, anno supra millesimum, quingentesimum nonagesimo sexto promotus, prudentiam politicam exercendi conditionem, nactus fuit satis commodam, inq; ea detentus ad annum usq; septimum, supra millesimum, sexcentiesimum, & eodem in ordinem Senatorium alicitus, ad finem usq; vitæ suæ diversis functionibus præfuit, ex consilio & prudentia singulari, inprimis verò in administrandis negotiis *pupillaribus*, per octennium continuum, causis item ad feuda spectantibus, ab anno, supra millesimum, sexcentiesimum, decimo quinto, & insequenti in Pratura exercenda per septennium, quatuor vicibus occupatus fuit. In hisce verò publicis muneribus omnibus, fidem & industriam singularem bono publico maximè probavit, & quantum in se fuit, pro renata illud juvare studuit. Anno superiori ad *edilitiam dignitatem* pervenit, consensu totius Ordinis Senatorij unanimi, cui tamen propter invalerudinem semper & ex voto, (id quod valde doluit) minus superesse, suumq; officium in Curia præsens facere potuit. Ad *Conjugium* quod attinet, geminum illud piè defunctus habuit; primum quidem anno supra millesimum, nonagesimo nono, vigesimo M. Augusti, ubi nuptias iniit cum virgine tum temporis honestissima ANNA, Dn. GREGORII Volkmars / piæ memoriæ relicta filia, qua cum postea in conjugio pio & jucundo vixit annos sedecim, parens factus liberorum quinq; trium videlicet masculorum, & foemellarum duarum, ex quibus adhuc filius natu secundus, & filia natu minima superstites sunt; secundum verò matrimonium celebravit, anno supra millesimum, sexcentiesimum decimo nono, die M. Maij, cum virgine itidem honoratissima CATHARINA, Dn. ANDREAE Bönners / Senatoris & Prætoris Coldicensis, relicta filia, nunc vidua mœstissima, qua cum reliquum suæ vitæ tempus piè & pacatè consecit, & ex ea benedictione altissimi suscepit filiolum unum & natas binas. Cæterum non est, cur multis hoc loco pietatem & alias virtutes Christianas, studia item & officia in Republica, nec non merita quàm plurima *κακαρίτης* commendare pergamus. Apparent enim & extant omnia; & pietatis ille singularis, justitiæ præclaræ, & industriæ commendabilis laudem apud omnes meruit. Neq; ipse solum in vita studuit pietati, sed etiam liberos & reliquam suam familiam ad quotidiana illius exercitia assuefecit, suorumq; exemplorad Psalmos, quibus ille incluisit à se rythmis & cantilenis germanicis mirificè in vita delectatus est, & maximam eorum partem recitare potuit *ὡς ἑσπερας*, quotidie repetendos excitavit; sacram item coenam in anno crebrius accessit, & suo loco nihil intermisit, quod ad contestandum fervorem religionis & pietatis Christianæ pertinuit. Hæc summa est curriculi vitæ, quo ætatem *κακαρίτης* suam inter labores & dolores (ut sunt res humanæ) produxit in annum sextum & quinquagesimum. Quod ad finem vitæ attinet, complures jam annos piè defunctus graviter ex affectu hypocondriaco laboravit, doloresq; inde per intervalla, diurnos nocturnosq; sensit acerrimos; qui eo usque demum, pertinaci & diuturna sævitia sua pervasere, ut vires naturæ non modo affligerent vehementer, sed denique penitus etiam prosternerent. Ac quamquam remedia non defuerunt exquisitissima, quibus laboranti naturæ succurri posse visum est, frustra tamen in medicando labor omnis consumtus atq; industria. Quod cum ipse satis animadvertisset, divinæ se voluntati clementissimæ totum commisit, beatamq; ex hac vita analysin votis à DEO ardentibus unicè petiit, quàm inter pia suspiria feliciter impetravit tandem, die hujus Mensis X. circa horam secundam pomeridianam, morte consopitus in Christo placidissima, cum pridie salutari viatico sacratissimi corporis & sanguinis CHRISTI, ad hanc è terrena vita migrationem se præparasset, & pijs identidem precibus se Redemptori suo CHRISTO JESU commendasset. Anima ipsius jam est *ἐν εὐλογίᾳ*; corpus autem exanime, hodierno die, hora I. usitato ac Christiano ritu, ad sepulturam efferetur. Quo tempore volumus jubemusq; ut ij, qui academicam agnoscunt jurisdictionem, ad defuncti ædes in vico Petrino sitas, frequentes conveniant, & Magnificum Dn. ProRectorem in funeris hujus deductione modeste sequantur. Qua in re facturus unusquisq; est, quod Christiana charitas, & ordinis nostri decus requirit. Et erit hoc postremum, quod piè defuncto præstabitur, humanitatis officium, viduæ & liberis relicta, ipsique honoratissimæ familiæ universæ, haud dubie gratissimum. P. P. die XIII. M. Januarij, Anno CHRISTI M. DC. XXIV.



DEI GRATIA

JACOBUS, In Livonia, Curlandiæ & Sengalliæ Dux, &c.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



vite suæ Spiritum, & narrabili gaudio, & verè salutarem obitum erat veræ religionis amans; ita pietatis hujus lux in Deum plurimis usq; indignibus omni vitæ tempore contretatus fuit documentis, statuitq; verè & firmiter, mortem æternam non esse mortem æternam sed vitam atq; requiem, omnium miseriarum suam atq; translationem ex hac vita in æternam. Natum eum fuisse accepimus Misene, in ipso festo Epiphaniarum, anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo octavo, Patre Dn. PAULO BASSI/ Viro tum temporis consulari, & Matre OTTILIA, Dn. CHRISTOPHORI Pflugers/ quondam ejusdem Misnensis Reipublicæ Consulis honoratissimi filia. A quibus Parentibus suis dilectissimis piè denatus ab ineunte ætate ad studia & exercitia pietatis & religionis Christianæ, literarum & artium, quibus ad humanitatem informari solet studiosa juvenus, sedulo & diligenter adhibitus fuit, primò quidem in Schola illius loci oppidana; deinde in ludo illustri, ubi vera jecit fundamenta, omnisq; pietatis & humanitatis cognitione animum discendi cupidum complevit. Cum verò parens illius, ob praxin Politicam, cui deditus erat, aliosq; labores quàm plurimos, qui singulis ferè momentis iis, qui in administranda aliqua Republica occupati sunt, occurrunt, institutioni hujus filij privatae, sine qua publica difficulter & non raro infelicitè procedit, minus vacare ipse potuerit, commisit eum curæ & inspectioni Viri Reverendi, Dn. MICHAELIS BASSI germani sui, & tum temporis in Mohorn propè Fribergam Pastoris, dato & adjuncto Præceptore pio & docto, cujus institutione privata ad præviam directionem Dn. Patru cum aliis ingenuis adolescentibus regeatur. Factum id fuit per quadriennium, & laudabiliores præ cæteris fecit progressiones in studiis pietatis, literarum & artium *classis*, tandemq; anno supra millesimum, quingentesimum, octogesimo quinto in Academiam *Vittebergensem* concessit, & ibi etiam quadriennium sub disciplina & institutione præceptorum virorum in studiis transegit. Ex Vittebergensi Academia suavis & consilio parentis commigravit in *Lipsensem*, & hinc quoque ad annos aliquot substitit, & præcipuè nobilissimam juris artem ex ore publicorum Professorum perceptam diligenter excoluit. Cum verò animadverteret, theoriam Juris sine præxi mancam & imperitiam *Drederam* ubi vixit temporis parens illius *Secretarium* Electoralem in *Funda* concernentibus agebat, adiit & ibi ex consilio dicti parentis sui praxin Juris feliciter exorsus est. Postquam verò factum, ut a

NTER alias suavissimas & consolationis vividæ refertissimas verbi cælestis, Prophetarum & Apostolorum S. Johannes in mortis & vitæ æternæ infamabili & æternam, qui non solum impetratus fuerit; certè extremum usque æternum, cum inejusmodi mortem statissimus, qui ut documentis, statuit contretatus fuit documentis, statuit translationem ex hac